

Iterum de malo

Libellus hic supra passu (vel digressionem) de libro Ioannis Sokol *Člověk a Náboženství* (Homo ac Religio, Portál 2004, str. 217 nn.) fundatur. Passus iste valde compactus et magni momenti est, deinde recitandus est hic totus:

Excursio: quaestio de malo et theodicaea

"Malum" tamquam vocabulum generale pro omnibus his, quae hominem impugnat, quae hominem affligit et vexat, et quod frustrat conatus eius, fuerat et fuit in mundo, saltem ex quo homo id nominare didicit. Iampridem etiam homines mirati sunt unde in mundo esset. Antiqui populi haesitaverunt inter duas vias: vel «malum» excludere quodammodo a toto bono mundo eamque «mali demiurgo», daemone cuidam hostili attribuere, vel e contra ostendere, quod «malum» in se non exstet, non sui ipsius existentiam possideat, sed boni tantum defectum sit. Utraque tamen solutiones suas foveas habent, ideo cogitatio humana adhuc inter ambos movetur.

Iam ista prima verba commentandi me non valet restringere. Auctoris descriptio essentiae mali, eius definitio, subtilissima quidem est, immo phaenomenologica, quia "malum" homini obligat et humanae perceptionis facit subiectam! Verumtamen superfluum facit et originem mali quaerendam. Si tantum homines talem definitionem mali accepissent, confiteri debuissent malum in mundo de ipsis oriri!... Sinamus autemauctorem paululum modicum sine interpellatione argumentum eius evolvere.

In primo casu (Manicheismus) mundus fundamentaliter dividitur ut locus certaminis inter duas vires aequales vel numina, quae utique etiam circumscripta sunt; in secundo vero casu "malum" umbram suam super totum mundum obicit et sic etiam supra eius auctorem (si talis habetur). In primo casu videtur "malum" nimis perattendere, in secundo occultatum et simplicatum esse videtur, quod fortasse est proprium temporis satietatis, prosperitatis et bonae spei. Evigilatio igitur eorum est tum acerbior.

Populi et religiones, de quibus hic egimus, plerumque alteram viam elegerunt, ac notiones dualisticae vel "Manichaeici" nonnumquam eas saltem quasi elementum peregrinum intraverunt. Aliter autem fieri non potest pro religionibus monotheisticis. Hoc tamen quaestio realis mali relinquitur quasi pendere super eos. Cum momentum religiosum satis forte eesset, adhuc uti potest ad auctoritatem Dei referre licebat importunitatem quaestionis simul demonstrando: "Vae illi qui cum Creatore suo disputare vult, testa testae luteae!" (Is 45:9); "Numquid non faciam tibi sicut figulus, domus Israel?" (Ier 18 6); Homo, quid es tu quod loqueris contra Deum tuum? (Rom 9,20).

Attamen talis repudiatio auctoritativa quaestionis non bene convenit cum idea propinquitatis Dei ac etiam amicitiae, quam biblicae religiones afferunt et increscant: «Vos amici mei estis ... ». dicit Iesus discipulis ante mortem suam (Joa 15, 14). Et ideo desideria miserorum hominum cum opprobriis semper ad Deum convertuntur, et in aetate novissimo quaestio theorica ponitur: si Deus homines et mundum tantopere diligit, cur eos dolori, humilitati et morti subiicit? Cur tantas calamitates et casus etiam innocentibus adfert? Aperte his quaestionibus responsum non habemus, et omnis conatus hominum has solvere necessario suis argumentis implicatur: etenim homo Deum defendere velit? Hoc est theodicaea paradoxum, defendere via philosophorum nostrum mundum eiusque Creatorem. Haec igitur difficultates ex natura religionis monotheisticae directe consequuntur, quoadsi unum Deum omnipotentem retinet, qui simul est "vituperium omnium rerum". Hac de causa in theologia hodierna, e contra, interdum loquimur de "impotentia Dei", id est, sane valde paradoxum, vagum et difficile ad ideam rationis comprehendendam: quo sensu Creator ac Redemptor mundi impotens esse possit? Quam ob rem periculum etiam est, quod de idea haec absurditas fantastica et sentimentalitatis tantum fieri posset ("egoge nullius reus

sum, tuque simul nullius ..."), unde nulla via. Mihi autem videtur iam unam viam consequere: Certe notionem ipsam mali inspicere possumus, eamque explicare vel deconstruere.

Obtrusio principalis in ipsa notione mali est; acrius in id, quod clara atque rationalis videtur, denique in vi sensuali exemplorum suorum terribilium – quorum nonnulli e temporibus novissimis exstant – qui quoddammodo arguunt hominem do inspectione rationali suo sinire. Sed non faciendo sic nihil proficiat de originibus mali quaerere. Ut talium argumentorum vulgarium abeamus, quae iam saeculis aliquot semper in gyro circulant, quaestionem aliter ponamus, item: Ubi sine dubio malum realem invenimus?

1. *Primum videntur ubique realia: famis, poenae, morbi, mors. Ea oppugnamus, quod valemus. Medicus dolorem allevat et mortem postponit, intelligens nequaquam, quod mors vitae semper adhaereat. - Vivum animal autem de inanimatis prope eo discernitur, quod esurire, quod pati atque finire, mori potest. Forte aspectus talis nimis abstratus et asper, quomodo mors semper unica et ominosa est. Proximi sui mors omnis vexat, immo cum moriendus ipse eam accipit. Haec ostendit iucunde, quia individualitas personae numquam seclusionem, immo vere oppositum – plenitudo relationum, amicitiaeque et amoris significat.*

2. *De morte „naturali“, quam saltem homo non iam postponere valuit, oportet nos homicidium, cruciatum vel mortem per alium discernere, item bella et carceres exterminatorios. Hoc certe alio sensu mala est quam mors sola. Crudelitatem et territionis res hic agitur, invidiae et ultionis, contempti et turpitudinis, damnationis atque contritionis. Venia verbo dicamus id malum voluntarium, odium ab aliquo intentum. Talis occisio causa praeceptum mandatum erat "Non occides", quod proprie a Ies prolatum est ut etiam offensionem et contumeliam significaverit (Matth. 5,22).*

3. *Tertium genus mali frigiditate et anonymitate distinguitur sicut lucri sui cupiditas, importunitas, avaritia, animi lentitudo, pusillanimitas. Quod ea autem coniungit, non est vera ira et malitia, sed quod alteri scopus non observatur; proximus homo hic nihil significat, et nihil valet. Victima tantum infausta erat, ut satisfacere deberet velut media ad alicuius fines inserviret (vel eos impenderet), alioquin nihil iste contra ea habet. Ceterum castra incarceratum et "psychiatriae" recentium temporum, scilicet optime ordinata, paene mechanica semotio hominum fortasse huic coetui convenirent.*

4. *Ad ultimum denique genus mali distinctivum, mali non per vim, sed ad certos homines semper obnoxii, ea subsumenda sunt: perfidia, infidelitas, deceptio et mendacium. Huiusmodi res relationes humanas laedunt ac fiduciam in societate subruunt. Dissimilis priori, eos tantum impendere potest, qui aliquo modo capti sunt actione tali, qui speraverunt in eam vel fiduciam in eam habuerunt. Fortassis propterea semper speciatim repulsus videbatur hominibus moralibus sensibilibus et honestis.*

Per hanc iam distinctionem mali crudam ac incertam ostenditur, quomodo conceptus mali non-consideratus permultum communis nimisque in se directus, scilicet supra opiniones privatas fundatus; in cuncta mihi non placita, incommoda vel onerosa difinitur se extendere. Huiusmodi enim res non necessarie mala sunt: Homo, cum quo conflixus sum supra aliquam rem certe impedimentum mihi est, absurdum quoque esset eum illa saltem causa malum considerare. Tempora moderna multa docuerunt nos universalia – sicut veritas vel bonum - prudenter applicare, quae maxime vero ad conceptus mali apprehenditur.

Nostra analysis praevia ostendit etiam, de quattuor genera malorum tantum tria ultima esse mala ut talia, forte quia ex animabus hominum et ex rei publicae humanae statu procedunt. Res publica humana huius temporis bonis superflua bene gessit in lucto contra illum genus primum mali „obiectivi“, scil. paupertatem, dolorem et mortem, in principiis machinis modernis atque rei publicae rationis ordinationisque gratia. Tum perniciosiora genera reliqua mali „mere humani“ apparent, praecipue si – a cuiusdam voluntate mala – ordinantur.

Videmus, quod Ioannes Falco-Sokol sciens difficile esse ad unicum aspectum „mali“ pervenire et quisquis de singulis exemplaribus universam speciem abstahere volens in aporias obruet, categorias construere conat, in quas cum aliquali consensu communi experientias private sicut malas intellectas dividuntur. Ratio princeps ei intentio vel consilium est, quae in actu actioneque sicut „mala“ designatis absconditur. Vere demum „mala“ ei tantum ea videntur, quae intentionaliter ab aliquo geruntur – ideo categoriae eius II – IV. Intra quos amplius distinctio gravis videtur, sive an ab aliquo ad obiectum eius odii crudelis fuimus, sive tantum medium vel difficultas (categoriae 2 et 3). Discrepantiae minores tantum in ultima categoria eius notari possumus. Fateor, licet intelligam quid auctor sub categoria IV fingit, id vere a categoria III secundum intentionem suam distinguere non possum. Ceterum nemo se mentiendi ex delectationi tantum iacet (quae cum imminuerint, prius ludibrium quaequam potuerint, ioco aliquem decipere putans, non e mali consilio). Semper homines inveniuntur, qui proximum suum fallent ad ostensionem suam, Pseudoli quiquam vel Milites gloriosi, sed eorum facta ad maiorem partem innoxia, talia de quibus et decepti ipsi postea delectentur... Sed mendacia et perfidiae fere semper personalibus propositis obscuris inserviunt: cupiditati, imperii desiderio, ultioni... Categoria IV Ioannis Sokol nempe non gradu intentionalitatis distinguitur, sed *qualitate*. (Auctor eam sicut malum *sine violentia* circumscibit, sed ea non satis est – Multa etiam crimina de categoria praevia certe „sine fama et violentia“ – initio minime - peragi possunt) In puncto hoc divisio nonnullam infirmitatem ostendit.

Reversi autem ad primum mali diffinitionem in initio articuli (diffinitionem vere excellentem!) videmus, quod nulla talis distinctio intra iis, quae naturaliter e statu rerum intelleximus (in prima perceptione nostra) de natura mali fuit: „malum“ semper „malum“ et poena semper poena est, licet nobis agitur a cancro in carne nostra vel ab armis in manu cuiusdam. De intentio diiudicare certe ex aspectu morali grave est, sed non ad eum iam dudum progredimus. Aspiciamus ideo aliter illae categoriae a Sokol-Falco conditae, experientiamque vero spectemus, qualis est sub conditionibus singulis – quomodo in unoquoque statu „patimur“ observationesque nostras paululum reformemus. Ecce hic mea distinctio inculta:

1. Primum genus mali hic notandi ea sunt, quae recte contra nos, contra vitam nostram diriguntur; ea quae nos necare, delere, semovere nituntur. Itaque mors et aggressio recta contra nos versa in sensu Falconis categoriarum I – II.. Vita est proculdubio pretiosissima res, quam in terris habemus, ergo omnis impetus ad vitam nostram ab omnibus ut "malum" recte percipitur. Haec condicio ab ipso Sokol satis describitur.
2. Secundo ea nominentur, quae nostram conditionem vitae obruunt, quae ea, quae ad vitam nostram necessaria sunt, rapiunt. Haec certe famem includunt, crimina oeconomica, egestionem, expulsionem, multa enim eorum, sequitur, quae in tertio genere suo Sokol-Falco habet. Notandum est quod haec actiones re vera non contra nos diriguntur, "solum" contra possessiones nostras, domum nostram; saltem pecunia nostra, instrumenta laboris nostri, supellectilem nostram, denique etiam dentes aureos nostros perpetratores illi cupiunt. et quia illa tamquam hominibus nobis indigent, sine ea et mori possumus. Malum hoc est multo saevius atrocius, et - sane, ut recte Sokol dicitur, plerumque omnino impersonale. In oculis nostris ideo etiam turpidius videtur quam apertum odium et aggressio directa. Genus hic autem simul res naturae includit. Necessariis nostris privari possumus atque ob eruptionem vulcani vel aliam calamitatem naturalem.
3. Sed ea, quae in tertio loco adhibeam, apud Falconem iam non inveniunt. Tentative illa designam „*ignorantia*“. Hic omnia haec spectant, quae nobis in veram cognitionem mudi impediunt, orientationem in eoque turbant. Ista saepe conditiones internae sunt: debilitas mentis, discretio minor, sed etiam acedia, vel voluntatis defectus ad veram cognitionem penetrare. Secundo hic comprehendantur omnia confundantia nos at contra nostram discretionem agentia: inaccessibilis eruditio, fallax omnium concensus pervim a potentatibus tenuta – atque Falconis mendacio et dolus privatus. Sed Falconis adnotatum, quia aliquo modo nos „captos esse actione tali, vel in eam sperare“ debeat, de quo sequitur tamen non directe, quod ipsi aliquantum rei simus, non proprium teneo. Sunt tamen conditiones,

in quibus necesse nobis est illo unico fonti credere, quem adeo habemus. Ceterum puto nos non a priori incredulos versus mundum hominesque oportet. Sceptica ratio omnia in dubium vocandi ad certum modum scientiae profert, humanitates vero delet.

Si hominem eiusque dolorem usque nunc ex parte ipsius esse immanentis inspeximus, quod temporis non habet dimensionem (dolor semper viget), nunc tempus est animadvertendi nobis ad hominis esse temporale, de quo pericula alia typica efluunt. Unum ex eis tentative

4. **eradicatio** vocare possumus. Haec omnia sunt, quae stabilitatem a homine tollunt: Destructio deliberata memoriae cultorumque, verae originis occultatio, exilium, sed etiam corruptio et interitus naturae nostrae hic quoque applicat; summatim omne quod nos «orphanos super facie terrae» reddit, quae praeterita de nobis tollit et per hoc nostram etiam aufert intentionem. Patet sane, quod malum haec plus pueros iuvenesque afficit; non tot facile haec a homine tolluntur, qui iam vitam suam ex parte largiori perduxit, cuius memoria non facile obscuratur; hic, quae olim colebat atque in futuris colet. Unde ingens pretium patet „avarum religiosarum“ vel etiam „avarum fabulas narrantium“.
5. Si praeterita arripere crimen est, quod prope supplicium et verum malum videtur, quam plus horribilius flagitium fuerit, quando quisquis vel quidquid futura nobis auferre conatus fuerit vel spem eorum. Vere crimen Spiritus dici potest. Sed dupla hic inveniamus: Si de spe sermo est, spes vero ad istam animae faciem pertinet nostrae ad futura progredi aptam futuraque obire, et vere capacitatem et dispositionem nostram versus futura roborat, ad phantasiam nostram, voluntatemque rerum gestandum. Sed plus hic dicitur: si in figura hic de futuris furtis locuti sumus, ea in mente tenemus, quia non solum de spe tollenda cuiusvis locuti sumus, sed propius ad futura de condicione progredendi vastata destructaque. Magister vero de schola discipulum eiciens (exemplum Ionnis Falconis, cui ipse frequenter assuescit) certe conditionem eius mutaverit realem ad futura procedendi. Patet autem quod non sola mala de rebus sic mutatis evenire egent. Mala solum tunc videri oportet, si atque alia continet elementa. Opinor, quia hic bene nobis deserviet vocabulum de *psychoanalisi* mutuare, nempe *castratio*, quae impedimentum processus futuri intelligitur, destructio condicionum – intrinsecarum vel extrinsecarum – quae necessae sunt evolutioni individuali ad maturitatem eius capiendam, vel etiam transcensionem sui ipsi. Sic modus iste mali primum iuvenes afficit, quia „vitam longam“ semper coram se habent et multa apud eos iam semper periclitatur. A contra: adulescentes firmiores sunt saepe contra talia iniuria et repugnant ea cum exitu quondam felici.

commentarius: Certe discerni oportet inter actiones haec, quae viam cuiusvis claudunt et obserunt ad futuros prospectus, et ea, quae saltem moras et impedimenta producunt, quae largiter atque ex naturalibus evenire possunt. Fatum eas ipse in viam nobis struit, et bene, quod facit sic, sciens, quia eo modo discimus ea superare. In tantum commoda sunt nobis, ut, si perpauca fuerint, magistri nutritoresque ipsi properent plura nobis afficere artificialia. Quae hic capere studeo, non impedimenta vim nostram virtutemque nostram innatam, flammam nostram interiorem prorsus semper nos agentem probare provocantia, sed aliquid, quod prope adversus flammam ipsam vitae nostrae dirigitur, eam extinguere delereque desiderans, quod ea destruit, in quibus mysterium humanitatis nostrae consistit, „Spiritum ex templo suo eiciens“. Hac causa non dubitavi id peccatum contra Spiritum dici.

6. Omnes genera mali, quae iam praenotata sunt, minime in forma eorum elata vel extrema – acerba nimis evenire possunt, quamquam et de motivis naturalibus oriuntur. (Et domum nostram et prospectus futuros perdere possumus in effectu fortunae malae subitae, manu humana non interveniente.) Genera duo ultima, quae ego ostensus sum huius gradi actualitatis carent, attamen perniciosi valde essere possunt. Unicuique hominis vita in terris una cum condicionibus et cognitione ei necessaria, cum traditione culturali et cum spe et ambitione quae ad futuros eventus destinatur in suo opere se fructificat. Unusquisque modo authentico laborem suum perducit et cuiusquisque opus honestum et sincerum maxime valet.

Impediendo etiam aliquem ab opere suo faciendo, vel in eius eventus communitati praesentando, ut sibi et rei publicae prodesse possit, certe malum est et „stateram mundi“ universalem corrumpit. Patet hic ingentem numerum momentorum exoriri, quae absolute libera sunt ab cuiusquam voluntate, fluctus varii communes et functiones generales, nundiaeque currentes variorum commodorum. Tamen si quis otiosus sedere debet vel "solum pro domo sua scribere", malum est. Verum in optima societate atque re publica non vivimus nec simpliciter efficere possumus ut omnes operem perficiat quem in mente sua concepit, sed in corde nostro sit, ut facultates virtutes, quas singuli homines in hunc mundum attulerunt, proprie utamur. Nihil pretiosius et utilius nempe habemus ad futuram reipublicae terrestres progressionem.

7. Genus mali ultimum, quem hic praesentare volo, paululum praecenti similis est. Ab antiquitate homo libertatem cupit. Fortasse haec causa istius est, quia proavi nostri super terram peregrinabant, vel quidquid aliud, nescio, sed temporibus praecipue modernis homo necessitatem vehementissimam libertatis sentit. Libertatis dico, id est ut actiones suae a se proveniant, ex causis suis internis iudicioque suo et numquam ei ex extrinseca impositae fuerint. Nemo potest felix esse, cum non liber sit. Omnia, quae contra nostram libertatem sunt, et contra nostram humanitatem sunt, ergo mala. Copiam exemplum dare possem, omnia vero characterem intentionalem haberent: Libertas nostra a viribus naturalibus et legibus naturalibus non tollitur: iis consuevimus et iis adhibitis, sine eis esse omnino non possumus, exempli gratia, sine convenienti gravitatis gradu. Spectamus solum, quam comice astronauti in superficie lunae saltabant. Iterum nullus nauta audax vel iterfacinor in locis desertissimis, cui quotidie cum coelo bestiisque certare oportet hominem servum se dicere posset. Libertas nostra tantum ab aliis vel a re publica tota ligari potest. Sed nobis simul eget societatis alium. Quamquam more artificiali aliquo modo disponere poteremus, ut nulla plus egeamus, natura nostra his non concordit. Ideo necessaria nobis libertas naturaliter in tensione cum alia necessitate nostra est, necessitate cum proximis communicandi. Patet ergo, quod multa "mala" in sphaera haec a nosmetipsis per imprudentiam fieri possunt. Sed non de his oratio mea haec. Praeterquam quod incaute libertatem nostram vel e contrario communionem humanam actu quodam stulto perdemus (et ipsam vitam nostram imprudenter perdere possumus), potestates exstant, quae huiusmodi voluntate sua contra nos laborant - in servitudinem nos redigentes vel ab aliis abstrahentes. Et hic ultimus mali genus fiat, quem ego hic - iam sine numero - praesento. Sed volo tamen adhuc paulatim consistere ac manere. Impedimentum mentis vel corporis, exempli gratia autismus, certe nos in solitudinem agere potest. Sed huiusmodi effectus et "fluctus" etiam ab hominibus moventur. Bene haec apud amicitias puellarum spectatur. "Danae cerritula, curiosa videtur, non loquamur cum ea." Et Danae dicta per has certe afflicta est. Peior plaga est, cum ostracismus talis super rem publicam totam expandit vel rationem accipit. (Horrida) exempla ex temporibus recentis vel non desunt nobis. In toto mudo drammata scribuntur ac ostenduntur, meliora vel peiora, in quibus ludaeorum stella "primas partes gerit". Et habendo faciem fuscam et gracilem, oculos brunneos, nasum magnum et fortasse parum capillae crine, non est vero proprium sociale, quod ubique tibi fores aperiat. Et — nota paulo academica — talis ostracismus monstrosus est, etiam si ei soli relictum esset. Etiam si nihil aliud in bello ultimo Judaeis accidisset, quam stellae haec!

In fine cum typis meis ad numerum septem peregi, etsi proprie octo oportebant fieri. Sed placuit mihi ad septem desistere. Aliud certe septem "peccata principalia" sunt (peccatum hic semper occurrit, cum quodlibet de malis his cum intentione agitur, quam illa, quae iam a longe tradentur. Alia quidem necessariae, quia illa antiqua cum respectu ad singulam personam ac iniuria ab ea ad seipsam perpetrata constituta sunt, hic autem ex parte doloris ducti sumus, quam aliis agimus vel acturi sumus. In sensu verbi Iesu de mandato maximo haud parva videntur.

Iam a principiis immemorabiliis novit humanitas quod malum quodammodo essentialiter ad *peccatum* refertur, ac theologia christiana hanc experientiam validissime ad oculos promit.

Iterum ideo ad initium revertimur, iudicantes, si malum ipsum homini alligatum est et ex eius realitatis perceptionis actu oritur, simili modo ab eius (infortunata) impedimento cum realitate ut peccatum progreditur. Non autem necesse est causam hanc metaphysice intelligi: Falconis deconstruction, quem hic protinus duci conatus sum, materiam nobis amplissimam praestat ad intuendum, quibus singularibus modis finitis alterutri laedere possumus, dolorem eis inferentes, quem ipsi recte ut *malum* cognoscunt.